

**N**unquid filius in potestate possit institui sub condicione. Breuiter hic addendum: quod si conditio nihil sit aliud, quam adfectio, qua dispositio, siue institutio heredis su-

spenditur in futurum euentum, definitore Francisco Duareno ad tit. ff. de condit. institution. cap. 2. Ea que aut possibilis est, aut impossibilis, auctore Iulio Paulo lib. 3. sentent. tit. 5. Possibilis est conditio est, que institutioni adiecta fieri, & euenire potest. Da. Georg. Obrecht. disput. 20. the. 387. Impossibilis est conditio proprie dicitur, cui natura impedimento est, quo minus existat: vt si dicam; Si celum digito attingeris, si volaueris, si Rhenum ebiberis, &c. haeres eris. §. si impossibilis. Instit. de inutil. stipul. 1. 1. Possibilis est autem conditio triplex perhibetur: potestatiua, siue arbitraria: casualis, seu fortuita: & mixta. 1. vnica. §. si autem aliquid. 7. Cod. de caduc. tollend. l. vltim. C. de necessar. fernis heredibus instituend. Quas species ipse Clarus hic perspicue explicat. Eadem & nos explicuimus ad §. impossibilis. 10. Instit. de heredibus instituend. numero 2. & seqq. Harpre.

**T**res species conditionum. Hic cadit pulcherrima dubitatio, An institutio heredis per patrem testatorem facta hoc modo, videlicet, Casu, quo A. stare nollit cum B. & C. fratribus suis, seu alij eius fratres nollent stare, & habitare cum praedicto A. dicatur facta in penam priuationis vel resoluti in conditionali dispositione, quod non dicatur facta in penam priuationis, sed sit conditionalis dispositio, commune vide per Socin. consil. 21. colum. 1. volum. 3. quod dixi etiam in collect. mea commun. opin. verb. institutio. nu. 3. Giach.

**E**t sub huiusmodi conditione potest filius institui. Indubitatum est: omnem si possibilem conditionem institutioni adijci posse, adiectamque seruari debere; quia testator id voluit, cuius voluntas totum in testamento fecit. l. ex facto. 3. §. reum. 3. ff. de heredibus instituend. Vbi tamen diligenter discernendum; an extraneus, an vero filius familias sit institutus. Extraneus sub quavis conditione possibili haeres potest institui; quoniam liberum est testatori, illum haerem facere, vel non facere. Et propterea, conditione existente, haeres existit: non existente, non existit. Existere vero conditio potestatiua tum videtur, cum per haerem non stat, quo minus impleatur. Tum enim pro completa habetur. l. que sub conditione. 8. §. penult. ff. de condit. institut. l. iure ciuili. 24. ff. de condit. & demonstrat. l. si mater. 3. vbi Gothofred. Cod. de instit. At filius familias non nisi sub conditione potestatiua recte haeres instituitur. Nam si institutus est sub ea conditione, quae in ipso potestate non est, institutio non valet, & testamen-

QUESTIO XXXIX.

**S**uccessus que a filio in potestate possit institui sub conditione?

**R**esp. in hoc proposito possunt considerari tres species conditionum: Aliqua enim est conditio potestatiua, aliqua casualis, & aliqua mixta. Potestatiua est, quae pendet a mero arbitrio ipsius instituti: puta, Instituo te, si feceris testamentum & sub huiusmodi conditione potest filius institui, & testamentum non vitiat, neque etiam respectu legitima. Et ista est communis opin. vt dicit Alex. in l. cum posth. in ff. de test. lib. & posth. Ex quo enim potest filius conditionem ipsam adimplere, censetur quasi pure institutus, & ideo si illam non adimpleat, videtur tacite pater nam hereditatem repudiare. Et licet Barr. consil. 198. num. 1. tenuerit, quod haec conditio reijcitur: tu tamen tene contrarium, scilicet, quod talis conditio potestatiua non reijciatur ab institutione filij, nisi esset contra bonos mores. Et ita communem opi. affirmat Io. Dilect. de art. test. tit. 3. caut. 4. n. 2.

Aliqua vero est conditio casualis: quae scilicet pendet a ca-

tum nullius momenti est, l. Lucius, Titius, 83. ff. de condit. & demonst. l. vltim. in princip. ff. de condit. inst. l. si pater filium, 4. Cod. de inst. & subst. Etenim si instituitur sub conditione casuali; non existente conditione, quod facile euenire potest, contra leges reperitur praeteritus: ac proinde, non expectato euentum, statim pro praeterito habetur: quia non nominatum, seu expresse est institutus, nec expresse exhaereditatus, iunctio tit. Instit. de exhaered. liber. §. eadem haec 12. Instit. de hereditatibus. quae ab intest. deferunt. iur. ca. 71. Et licet idem de qualibet conditione, quae non existit, dici queat; tamen filio imputari merito potest, quod non paruerit ei conditioni, quae in ipso potestate fuit, vt tradit Cuiac. ad l. ius quoque, 4. ff. de heredibus institut. Duare. ad d. tit. ff. de conditionibus. instit. c. 4. Ex quo etenim potest filius conditionem adimplere, censetur quasi pure institutus & ideo si illam non adimplet, videtur tacite paternam hereditatem repudiare, vt scite Clarus hic loquitur. Harpre.

**S**u, siue fortuna, puta, si nauis ex Asia venerit. Item aliqua mixta, quae partim pendet ab arbitrio ipsius instituti, partim ab alieno, puta, si filius meus duxerit seiam in uxorem, & sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta, non potest filius institui, nisi in defectum conditionis exhaereditatus testamentum est nullum, text. est in l. si pater, C. de instit. & subst. & ratio est, quia deficiente conditione, filius non remanet institutus, neque exhaereditatus: & sic tanquam praeterito testamentum redditur nullum. Et hanc dicit esse communem rationem Ias. in d. l. si pater, nu. 8. & seqq.

**E**t haec conclusio locum habet, non solum in filio in potestate, sed etiam in nepote, qui sit suus, scilicet, quem in gradu nepoti praecedat: nam nec ipse potest sub huiusmodi conditione casuali, vel mixta haeres institui, nisi in eius defectum exhaereditur, alias testamentum erit nullum, prout supra dictum est de filio in potestate. Ita tenet gloss. in d. l. si pater, & est communis conclusio, ut attestantur Scribentes in d. l. si pater, & in specie Ias. post. num. 16. vers. in quarta, & Dec. consil. 236. col. 1. in si. Est enim, & ipse de necessitate instituendus, quando tenet primum locum.

**S**ub huiusmodi conditione casuali, vel mixta non potest filius institui. An et quatenus testamentum in quo filius est institutus sub conditione casuali, vel mixta, nec in defectum eius conditionis exhaereditatus, valet, post Clarum nostrum, & ab eo relatos, abunde exponunt Hierony. Gabr. consil. 131. nu. 14. Fernand. Vasq. de success. creat. §. 20. n. 8. Michael Grass. lib. 1. b. 1. recep. sent. §. test. q. 37. n. 2. & Thadeus Pilo lib. 2. var. resolut. c. 11. n. 1. & aliquot seqq. Harpre.

**E**xhaereditur. Et istam regulam, quod filius haud potest institui a patre sub conditione casuali, nisi sub contraria exhaereditur, cum suis ampliationibus, atque limitationibus, vide per Duen. reg. 278. vbi etiam dixi in collect. mea commun. opin. in verb. exhaereditatio, numero. 1. vbi etiam posui, quomodo accipiatur illud dictum S. August. dicentis, qui volunt filium exhaereditare, atque Ecclesiam instituire, alium querant consulaorem, quam Augustinum. Giachar.

**P**ater exhaeredit filium nulla inserta causa. Si pater filium exhaeredit, nullamque ingratitudinis causam testamento in-

sed

**S**ed quero, nunquid haec conclusio, quae habet, quod filio instituto sub conditione casuali, vel mixta, testamentum est nullum, habeat locum etiam iure hodierno. Dubium autem facit, quia hodie de legitima filij reijcitur omnis conditio, vt dixi sup. §. legitima; merito filius debet censeri, tanquam in legitima pure institutus, & sic sustineri testamentum? Respond. in hoc articulo, vari fuerunt Doct. opin. nam antiqui omnes vsque ad Bartol. tenuerunt, quod etiam hodie tale testamentum non valeat. Et hanc opin. dicit esse communem Soci. consil. 97. post. num. 3. & consil. 98. num. 1. eodem vol. vbi enumerat auctoritates. Et opin. Bart. qui contrariam tenuit (vt statim subiiciam) communiter improbari affirmat Io. Dilect. de arte testandi, tit. 3. caut. 1. numero 2. Contrariam autem sententiam, scilicet quod imo hodie tale testamentum susciatur, tenuit Bartol. in d. l. si pater, num. 2. & in l. suus quoque. in princ. post. num. 3. vers. Re intro. ad gloss. fin. de haered. inst. & hanc opinionem dicit esse communem, Iason in d. l. si pater, num. 19. & sequent. Bertrand. consil. 161.

QUESTIO XL. SUMMARI.

- 1 Filium posse ex causa a patre exhaereditari.
- 2 Et quid si illum exhaeredit nulla inserta causa.
- 3 Et quid si sit inserta, sed non legitima.
- 4 Et quid si sit legitima, & ab haerede.
- 5 Et quid si non probetur.
- 6 Et an quae dicuntur de exhaereditatione locum habeant in testamento militis.
- 7 Et an in filio emancipato.

ADDITIONES.

**E**x causa. Et quod testamentum, in quo filius est exhaereditatus cum causae legitime, expressione valeat commune dixi in collect. mea commun. opin. verbo, testamentum, numero octauo, versiculo. Item ex causa exhaereditari. Hic scias exhaereditationis causam nunquam esse adiundam, l. cum quidam in fin. ff. de liber. & posthum. & in §. penales. in verb. In ius vocasset. Instit. de act. Giachar.

**E**xhaereditari. Adverte, quod exhaereditatio debet esse pura; alias si sit sub conditione, haud valet: hanc communem, & cum suis ampliationibus, atque limitationibus, remissiuè, vide per Duen. reg. 278. vbi etiam dixi in collect. mea commun. opin. in verb. exhaereditatio, numero. 1. vbi etiam posui, quomodo accipiatur illud dictum S. August. dicentis, qui volunt filium exhaereditare, atque Ecclesiam instituire, alium querant consulaorem, quam Augustinum. Giachar.

**P**ater exhaeredit filium nulla inserta causa. Si pater filium exhaeredit, nullamque ingratitudinis causam testamento in-

QUESTIO XL.

**D**icitur est in patris testamento necessaria esse filij institutionem, ad hoc, vt testamentum ipsum valeat: Scire tamen debes, quod potest etiam ex causa filij a patre exhaereditari: & ideo, dummodo filius in testamento reperiat, vel institutus, vel exhaereditatus, sustinetur testamentum, vt autem perfecte intelligas hanc materiam exhaereditationis liberorum, quae DD. diuersimodè explicat, & scias, quando testamentum propter exhaereditationem reddatur nullum, vel inofficiosum, & consequenter in quibus casibus hodie sit locus querela, considerandi sunt nonnulli casus.

**A**liquando enim, & iste est primus casus, pater exhaeredit filium nulla incerta causa, & hoc casu test. est ipso iure nullum, & sic non est opus querela ad illud rescindendum. Et haec est commun. opin. vt dicit Imol. in l. 1. nu. 6. & 8. ff. de testam. & in l. filio praeterito, post. nu. 30. ff. de iniusto rupto. Curt. Iun. in aub. ex caus. nu. 42. C. de liber. praeter. & dicit Ias. in d. aub. ex caus. post. num. 18. quod in hoc nemo contradicit. Ex quo eni per dispositionem, §. aliud quoque capitulum. in Authen. vt cum de appellat. cognos. cautum est, vt in exhaereditatione nominatim causa inseratur; merito non inserta causa, & sic non seruata forma a lege tradita, actus remanet ipso iure nullus, & in hoc non est controuersia apud Doctores.

**A**liquando vero in exhaereditatione est inserta causa, & tunc aut causa inserta non est ex causis legitimis, ex quibus pater potest filium exhaereditare, quia dicat, exhaeredito-

nu. 2. in 2. parte, & consil. 135. nu. 1. lib. 2. in 2. parte, & consil. 166. nu. 5. lib. 6. & consil. 245. numero 3. eodem volum. Gratus consil. 112. nu. 3. lib. 2. Apostil. ad Bart. in d. l. si pater. sub num. 2. & dicit Paul. de Castro. in d. l. suus quoque, in princ. num. 1. in fin. quod opin. Bartol. communiter tenetur. Dicit etiam ibi Paul. de Castro, sed non in libro meo, quod ita seruat totus mundus, prout illum refert Alexan. in d. l. si pater. num. 9. & Corn. consil. 301. in littera F. libro 4. Hanc etiam opin. Bartol. magis communiter obseruari attestatur Corn. consil. 114. in princ. lib. 4. Tu ergo, quidquid dicant alij, tene opin. Bart. tanquam magis communem, & veriore, per text. in l. scimus, §. cum autem. C. de inoffic. testam. quem Bart. ad hoc propositum eleganter inducit, neque illi aliqua bona responsio iudicio meo accommodatur per tenentes contrarium. Cum etiam haec opinio sit equior, & faueat testamentis, & adsint tot illustres Doctores affirmantes illam in practica communiter obseruari: non puto esse ab ea consulendo, aut iudicando recedendum.

- 8 Et an in legitimo.
- 9 Et an in filio per statutum exclusa.
- 1 An si causa exhaereditationis in testamento fuerit a testatore omissa, testamentum sit nullum, etiam si filius ingratus extiterit, haeresque ingratitudinis causam probare velit.
- 2 Si causa ingratitudinis, in testamento expressa, non sit legitima: nunquid hoc casu testamentum sit nullum.
- 3 Et quid si causa quidem inserta sit, sed non probata.
- 4 Haeres, & locum, & tempus commissae ingratitudinis probare tenetur.
- 5 Quid statuendum, si exhaereditur filius emancipatus, remiss.

serat: poterit filius testamentum nullum dicere; neque ei querela opus erit, quamuis ingratus extiterit, haeresque causam legitimam probauerit. Nouell. 115. cap. 3. circa finem, versiculo siue igitur, &c. & Authen. non licet. C. de liber. praeterit. Et post Clarum nostrum, ab eoque relatis hoc loco, tradunt Mich. Grass. lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 4. nu. 1. & 8. Thadeus Pilo lib. 2. var. resolut. cap. 9. num. 3. Auton. Gomez. to. 1. var. resolut. iur. ciu. c. 11. n. 11. Fernand. Vasq. de success. creat. §. 30. numero 179. Franc. Mant. de coniectu. vlt. volunt. libro 4. tit. 11. num. 37. Petr. Grego. lib. 44. synag. iur. vniu. ca. 3. Fachineus lib. 6. controu. iur. c. 76. Couar. in capit. Rayuutius 16, in princ. num. 7. & 8. de test. idque accuratius explanauimus ad §. fin. Instit. de exhaeredit. liber. nu. 88. & seqq. Harpre.

**A**ut causa inserta non est ex causis legitimis. Quod dicitur, causa in testamento non expressa, testamentum esse nullum, locum etiam sibi vindicari, si causa fuerit expressa, sed non legitima. Nam adhuc testamentum est nullum, neque opus est querela, ex ratione hic per Clarum allata, quem refert & sequitur Thad. Pilo lib. 2. var. resolut. c. 9. nu. 6. Harpre.

F 2

Sit

e Sit ipso iure nullum.] Hanc opinionem amplectitur Bart. ad l. 7. ff. de testam. nu. 12. Aret. num. 2. Paul. n. 9. Gomef. de test. c. 11. uu. 10. Corn. consil. 150. nu. 1. contraria vero sententiam, hoc nimirum casu testamentum pro inofficioso querela expugnanda defendi t. Ign. Auth. ex causa. Vigil. & Steph. Bod. in rubr. Instit. de inoffi. testam. Goucan.

f Exheredatione.] Quid si in vno testamento institutus sit Titius, & in alio exheredatus, quod non valeat talis exheredatio decidit Ang. Aret. in §. 1. Instit. quibus mod. testa. in fir. nu. 4. Et quid si confectur exheredatio, vel priuatio hereditatis post ius quaesitum, puta testator instituit Titium heredem suum, qui si testatoris uxorem molestauerit in tali relicto, priuatur eius hereditate: vide, & dic, vt per Ang. de Aret. vbi supra nu. 5. Et quid si in eodem testamento testator instituit filium suum, & in eodem testamento sub conditione exheredatus, quod valeat testamentum, & sub contraria conditione censetur institutus, decidit Angel. Aret. eodem §. primo, num. 3. Item an exheredari possit filius nubens inuito patre, vel alientis priuari: vide per Riminald. iun. in conf. 133. Giachar.

g Aut talis causa inserta non probatur ab herede. ] Si causa ingratitudinis in testamento, siue exheredatione inserta, ab herede non sit probata: valet quidem testamentum, cum in forma peccati non sit: sed per querelam inofficiosi testamti rescinditur, vt post Clarum nostrum, & alios, tradunt Gomef. d. tom. 1. var. resolut. iur. ciuil. cap. 11. nu. 10. Francisc. Mantic. de coniect. vltim. volunt. d. lib. 4. titul. 11. num. 35. Grassius d. §. testamentum. q. 41. num. 3. & Pifo d. c. 9. num. 6. vbi illud obfermandum subiicit; quod quamuis si neque locum, neque tempus commissae ingratitudinis exprimi in testamento sit necessarium; haeres tamen, & locum, & tempus probare debeat, pemoata Alexandri cog.

filium meum, quia noluit dare opera litteris, vel huiusmodi tenendum est, quod etiam eo casu testamentum sit ipso iure nullum, & consequenter, quod non sit opus querela. Paria enim sunt quid non fieri, vel minus legitime fieri neque potest dici seruatum esse formam a lege traditam: ex quo talis forma laborat vitio repugnante ipsi legi. Et ita communiter tenetur, vt ait Imol. in l. 1. nu. 6. ff. de testam. & in d. l. filio praeterito, nu. 30.

4 Quandoque pater in exheredatione appositam causam legitimam, & tunc est etiam distinguendum. Aut enim talis causa est vera, quia scilicet haeres institutus probat illam esse veram (& hic est tertius casus) & tunc valet exheredatio & frustra tractamus, an hoc casu sit locus querelae, quia cum testamentum valeat, & exheredatio ipsa iuris dispositione foueatur, inanis esset querela, si per filium proponeretur.

5 Aut talis causa inserta non non probatur ab herede, (& iste est quartus casus) & tunc bene valet ipsa exheredatio, ex quo non laborat defectu formae a lege traditae, sed potest deinde per querelam testamentum ipsum, tanquam inofficiosum, rescindi. Et haec conclusio est clara, & per omnes approbata, vt dicit Curt. Iun. in dict. Authent. ex causa post nu. 42. vers. alias duas. Et ita communiter teneri attestatur Imol. in d. l. nu. 6. ff. de test. Corn. consil. 158. in litt. T. la prima, lib. 2. et cons. 225. in littera E. libro 3. Hanc etiam dicit esse communem Alex. in d. Auth. ex causa, nu. 2. Ias. in d. Auth. ex causa, post num. 18. Et sic nota, quod ad hoc, vt exheredatio valeat, duo necessario requiruntur. Primum, quod causa legitima nominatim inferatur in testamento. Secundum, quod ipsa causa ab herede probetur: & hanc dicit communem conclusionem Curt. Iun. in Authent. non licet, nu. 17. C. de lib. praeter. & hic habet causam, in quo negatiua est fundamentum intentionis, & tamen non debet probari: de quo tamen articulo vide, quae dixi infra, lib. 7. §. probat. Sufficit enim filio si

dicat testamentum paternum, in quo ipse est exheredatus, esse inofficiosum, & causam ipsam exheredationis non fuisse ueram. Nam si haeres non probauerit illam esse veram, exheredatio non valebit, & consequenter testamentum ipsum corruet, tanquam a demente, & insano conditum. Hoc tamen quod dixi secundum communem opinionem exheredationem non valere, nisi causa probetur, intellige, vt procedat, quantum ad hoc, vt exheredatio sustineatur, si testamentum per querelam impugnetur. Nam ad hoc, vt iure valeat, sufficit, quod causa ipsa legitima nominatim inserta sit, licet non probetur. Ita dicit glo. 1. in l. 1. in gl. 1. in fin. ff. de test. & est communis sententia, vt dicit Aret. in eal. 1. col. 3. vers. in ea gl. ibi, et col. 4. vers. sic. Sed consequenter.

Neque putes modicam utilitatem in hoc versari, an scilicet testamentum reddatur ipso iure nullum, an autem sit impugnandum per querelam, quia haec differentia maxime est effectus. Si enim testamentum est nullum, filius habet spacium 30. annorum ad dicendum ipsum nullum. Communis est enim conclusio, quod ius dicendi nullum minore tempore spatio non praescribitur, vt dixi infra li. 7. §. praescriptio Si vero testamentum valet, sed per querelam rescindendum, certum est, quod querela non durat, nisi quinquennio, vt est in iure notissimum.

6 Sed quero, numquid haec conclusio, quae habet, quod iniuste exheredatus possit testamentum paternum rumpere per querelam inofficiosi, habet locum etiam in testamento militis? Respon. quod quidquid esset de iure antiquo, hodie proculdubio, etiam contra testamentum militis habet locum querela. Ita tenet glof. in fin. in verbo, testamta, C. de inoffi. testam. & est communis opin. vt dicit Alex. in l. Centurio, n. 50. ff. de vulg. & ideo, si pater miles testans de bonis castrensibus praetereat, vel sine causa exheredet filium in potestate, hodie eius testamentum subiacet querelae. Et hanc dicit esse communem opin. Imol. in d. l. filio praeterito, nu. 32. in fin. de iniust. rupto. Alex. in d. Auth. ex causa, nu. 5. Bouer. in §. illis autem, nu. 7. Instit. de test. milit.

7 Item quero, quid in filio emancipato, an & ipse, si sine causa, vel cum causa, quae deinde non probetur, fuerit exheredatus, poterit dicere testam. nullum, vel illud per querelam inofficiosi rescindere? Resp. quod sic: nam hodie quoad exheredationem inter filios emancipatos, & filios in potestate, nulla est differentia. Et haec est communis opinio, vt attestatur Curt. Iun. in d. Auth. ex causa, nu. 43.

8 Vterius quero, quid in legitimo? dixi infra, q. 48.

9 Quero etiam, quid in filia per statutum exclusae? dixi infra, q. 42. vers. Item quero.

fil. 203. num. 9. volum. 2. Socini senioris conf. 105. in fin. volum. 3. Iason s in Authentic. non licet, num. 12. C. de lib. praeterit. & Francisc. Mantic. d. lib. 4. titul. 12. num. 34. Harpree.

h Non debet probari.] Olim quidem tenebatur filius exheredatus agens de inofficioso, probare testamentum inofficiosum, & sic sine causa fuisse exheredatum: hodie vero secus, cum magna sit praesumptio pro filio aduersus patris exheredationis testamentum, quae in heredem transfert onus probandi causam exheredationis fuisse iustam: vt tradit Didac. libr. practice. quaest. capit. sexto, & dixi in collect. mea com. opin. in verbo exheredatus. Giachar.

i Quid in filio emancipato.] Ecquid si filius emancipatus, si sine infertione cause, vel cum causa, non tamen probata, sit exheredatus, testamentum nullum dicere, vel illud per querelam inofficiosi rescindere queat, post alios, quos allegant, late declarant Gomef. d. c. 11. num. 34. & Grass. d. q. 41. n. 11. Hucque conferunt etiam, quae annotatiuimus in §. emancipatos. 3. Instit. de exhered. liber. Harpree.

QVAE-

QVÆSTIO XLI. SVMMARIA.

- 1 Quæ sint causæ in iure expressæ, propter quas filius potest a patre exheredari.
2 Et an propter alias similes, vel maiores expressis.
3 Et an propter iniuriam verbalem patri illatam.
4 Et an ex eo, quod filia sine patris consensu alicui nupsit.
5 Et an eo casu teneatur pater illam dotare.
6 Et an ex eo, quod filius vasalli domnum offenderit.
7 Et an si pater sit prodigus poterit mater filium exheredare, ne patri queatur usufructus.
8 Et quid si filius post commissam ingratitude causam, factus sit furiosus, nunquid poterit adhuc a patre exheredari.
9 Et an secundum ius nouissimum possit filius posthumus a patre exheredari.

Ex Additionibus.

- 1 Quot sint causæ in iure expressæ, ob quas filijs a parentibus possunt exheredari.
2 Prima exheredationis causa.
3 Filij semper honesti, & sancti debent esse persona patris.
4 Quo casu liberi parentibus manus licite inferant.
5 Quid iuris, si liberi manus saltem aduersus parentes leuasse dicantur.
6 Interpretatio extensiuua in materia odiosa locum non habet.
7 Secunda exheredationis causa.
8 Liberi parentes honore, non contumelia, afficere debent.
9 Qualis hic iniuria intelligatur.
10 Gravis iniuria verborum æquiparatur verberibus.
11 Tertia exheredationis causa.
12 Quibus in causis liberi parentes accusare possint.
13 An liberi sint exheredandi, si in criminalibus testimonium dixerint, aduocatum egerint, aut sententiam tulerint aduersus parentes.
14 Quarta exheredationis causa.
15 Malefici, qui hoc loco intelligantur.
16 Medici Empirici maleficis annuuntandi.
17 Quinta exheredationis causa.
18 Non potest maior esse ingratitude, quam illius vitæ aliquem insidiari, a quo vitam accepit.
19 Sufficit ad exheredationem, filium parasse venenum, enim non secuto homicidio.
20 Sexta exheredationis causa.
21 Præiugni cum nouerca consuetudo incestuosa est.
22 Filius concubinam patris uxorem ducere nequit.
23 Septima exheredationis causa.
24 Liberi debent parentes defendere, non ijs per delationem damnatum aliquod inferre.
25 Octaua exheredationis causa.

ADDITIONES.

a Videndum est, quæ sint illæ causæ, propter quas filius potest a patre exheredari. ] Iustinianus Imperator enumerat 1 causas quatuordecim, propter quas filij a parentibus exheredari possunt. Nouell. 115. cap. 3. §. 1. & sequentibus.
2 Quarum prima hæc est: si liberi parentibus manus intulerint. Huiusque causæ duplex assignati ratio solet: tum quia filijs debet esse persona patris. l. liberto. 9. ff. de obsequijs parentibus præstant. tum quia hac ratione parentum illi inimici, non liberi esse intelliguntur. Proinde nisi hanc iniuriam parentes in testamento vindicent, Magistratus vindicare debet, l. 1. §. si filius ff. de test. Nouell. 22. capit. 2. Exod. capit. vigesimoprimum, versic. 15. Leuit. capit. 20. versicul. 9. Excipiunt tamen casus, 4 quo liberi, vel ob defensionem sui, vel patriæ, parentibus manus inferunt, argum. l. vt vim. 3. ff. de iustit. & iur. l. scient. Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

- 26 An, & quatenus filius æs alienum patris exoluere teneatur.
27 Nona exheredationis causa.
28 Liberis hereditas aufertur, si patres suos testari prohibuerint.
29 De cima exheredationis causa.
30 Nichil honesti parentibus solet accidere ingratis, quam si vident liberos suos inhonestis consortijs delectari.
31 Undecima exheredationis causa.
32 Turpis, & luxuriosa vita meretur exheredationem.
33 Si filia 25. annum exceperit, & parentibus ei honestam nubedi conditionem non querentibus, in corpus peccauerit, non poterit exheredari.
34 Num filius sine patris consensu nuptias contrahens, exheredari possit.
35 Feminino sermone sex masculinus non continetur.
36 Duodecima exheredationis causa.
37 Si liberi curam furiosi parentis nullam habuerint, postea sanitate recepta, iure exheredantur.
38 Decimatertia exheredationis causa.
39 Liberi, parentem captiuum ab hostibus non redimentes, ab eo reuersi iuste possunt exheredari.
40 Decimaquarta exheredationis causa.
41 Liberi heretici patri nullo modo succedunt.
42 Num exheredatio ob causas similes, siue grauiore in Nouell. 115. c. 3. expressis fieri possit.
43 Verbi tenaciter adherendum.
44 Sermo vniuersalis, maxime negatiuis conceptus verbis, vniuersali er intelligendus.
45 Exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis.
46 Absurdum est aliquem velle sua priuata interpretatione deliberationem Imperatoris subuertere.
47 In illis, quæ forma nomine præscripta sunt, nihil mutare licet, etiam si maior ratio in casu omisso interueniat.
48 Ad obiecti onem respondetur.
49 Odiã interpretatione restringenda.
50 An vasallus ob similes, vel grauiore causas feudum amittat.
51 Ecquid filius furiosus ex causa ingratitude, ante furorem commissæ exheredari possit.
52 Quid, si filius viuo patre, & ante conditum testamentum egerit penitentiam.
53 Penitentia non tollit penam.
54 An, & quatenus exheredatio locum habeat, si filius patri reconciliatus fuerit.
55 Exheredationis præcipuus finis quis.
56 Culpa expressio in testamento nominatim faciendã.
57 Nouissima voluntas sequenda.
58 Intellectus l. filio, quem pater 23. ff. de liber. & posthum. hæredibus instit.
59 Posthumus an hodie exheredari possit.
60 Nulla exheredatio sine elogio procedit.
61 Appellatione liberorum etiam posthumum continentur.
62 Quatenus olim posthumus potuerit exheredari.

dum. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad l. Aquil. l. in minimis. 35. ff. de religiof. & sumpt. funer. l. si quis percussorem, 3. C. ad l. Cornel. de ficarijs. Ripa in l. final. C. de reuocand. donat. quaestio. 19. Couarruu. in cap. Raynutius 16. in princip. num. 9. extr. de testam. vbi plures citat. Illudque fusius exposuimus ad §. Itē lex Cornelia, de ficar. 5. numero 203. Instit. de public. iudic. At quid dicendum, si haberi parentibus manus non intulerint, eosvè percusserint: sed manus saltem aduersus eosdem leuasse proponantur. Et cum Iustinianus expressè requirat verberationem, ac realē manuum iniectionem. d. Nouell. 115. c. 3. §. 1. ibi intulerit satis inde apparet, quod conatus, siue leuatio manus non sit sufficiens exheredandi causa. Quo facit etiam ratio: quod interpretatio extensiuua hic, vt potè in materia odiosa exulare iubeatur, arg. l. si præf. 32. in fin. & in l. interpretatione 42. ff. de pen. cap. odia. 15. de regul. iur. in 6. Tametsi contrarium consulerit Gædd. consil. Marpurg. 28. vol. 2. vbi num. 121. & 134. subiungit